

v. 84

BULLA  
REDUCTIONIS GE  
NERALIS CONCILII AD CIVITA  
tem Tridentinam cū monitione, & requi  
sitione Prælatorum, ad illius proce  
cutionē, p. S. D. N. D. IVLIVM  
III. PONT. MAX.



ROMAE. M. D. L. I.



B V L L A  
REDVCTIONIS GENERALIS CON-  
cili ad Ciuitatem Tridentinam cum monitio  
ne, & requisitione Prelatorum, ad illius  
prosecutionē, p. S. D. N. IVLIVM  
III. PONT. MAX.

I V L I V S E P I S C O.  
SERVVS SERVORVM DEI AD FVTU  
ram Rei memoriam. CV M ad tollenda religiōnis no  
stræ dissidia, quæ in Germania longo tempore non si  
ne totius Christiani orbis perturbatione & scandalo  
vigerunt; bonum, opportunum, & expediens esse  
videatur (sicuti etiam charissimus in Christo filius no  
ster Carolus Romanorum Imperator semper Augu  
stus, nobis per suas literas & nunciis significari fecit)  
ut sacrum ecumenicum generalem Concilium per se  
re. Paulum Papam III. prædecessorem nostrum indi  
cum, & per nos tunc Cardinalatus honore fungentes,  
atq; ipsius prædecessoris nomine, vna cum duobus  
aliis Sanctæ Romanae Ecclesiæ Cardinalibus ipsi Con  
cilio præsidentes, inceptum, ordinatum, & continua  
tum in quo plures publicæ & solenes habitæ fuerūt  
sessiones, pluram in causa fidei, quam reformatio  
nis promulgata decreta, multam etiam ad utramq; cau  
sam pertinentia examinata & discussa ad Ciuitatem  
Tridentinam reducatur. Nos, ad quos & summos pro  
tempore Pontifices spectat generalia Concilia indice;

re & dirigere , ut Ecclesiæ pacem , & Christianæ Fidei  
acq̄ orthodoxæ religionis incrementum ad omnipotē  
tentis Dei laudem & gloriam procuremus , & quantū  
in nobis est , tranquillitatí ipsius Germaniæ quæ sane  
prouincia retroactis temporibus in vera religione , ac  
sacrorum Conciliorum , & sanctorum Patrum doctrī  
na excolenda , exhibenda q̄ maximis Pontificibus Chri  
sti Redemptoris nostri in terra Vicariis debita obedī  
entia & reuerentia , nulli Christianorum prouincia  
fuit vñquam secunda) paternè consulamus , sperantes  
per ipsius Dei gratiā & benignitatem futurum , ut Re  
ges omnes ac Príncipes Christiani , iustis , p̄iisq; no  
stris in hac re votis annuant , faueant , atq; assistant :  
Venerabiles fratres Patriarchas , Archiepiscopos , Epis  
copos , & dilectos filios Abbates , omnesq; alios & sin  
gulos , qui de iure vel consuetudine vel priuilegio Cō  
ciliis generalibus interesse debent , quoſq; idem pra  
decessor noster in suis indictionis & aliis quibuscūq;  
desuper confectis & publicatis literis , Concilio inter  
esse voluit : per viscera misericordiæ Domini Nostri  
IES V C H R I S T I hortamur , requirimus , & mone  
mus , vt proximis futuris Kalendis Maii (quem diem  
ad ipsum Concilium in eo , in quo nunc reperitur sta  
tu , resumendum & prosequendum , præuia matura de  
liberatione , & ex certa nostra scientia , & de Apostolis  
cæ auctoritatis plenitudine , ac Venerabilium fratum  
nostrorum eiusdem Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardi  
nalium consilio & assensu , statuimus , decernimus , &  
declaramus ) in ipsa Ciuitate Tridenti , legitimo cessan  
te impedimento , cōuenire , & se congregare , ac ipsius

Conciliī continuationi & prosecutioni, omni mora  
postposita, incumbere velint. Nos enim operam sedu-  
lo daturi sumus, ut eodem tempore, in eadem Ciuīta-  
te nostri omnino adsint Legati, per quos, si per aetatem  
nostram, valetudinēmque, & Sedis Apostolicæ necessi-  
tates, personaliter adesse nequievimus, Spiritus sancto  
duce, ipsi Concilio præsidebimus: quacunq; ipsius Co-  
ciliī translatione & suspensione, cæterisq; contrariis  
non obstantibus quibuscūq;, ac præsertim illis quæ  
idem prædecessor noster in suis literis prædictis, quas  
cum omnibus & singulis in eis contentis clausulis &  
decretis, in suo robore permanere volumus atq; decer-  
nimus, & quatenus opus sit innouamus: voluit non  
obstare. Irritum nihilominus decernentes & inane, si  
secus super his à quoquam quauis auctoritate scienter  
vel ignoranter cōtigerit attentari. Nulli ergo omnī  
no hominum liceat hanc paginam nostrorum hortati-  
onis, requisitionis, monitionis, statuti, declaratio-  
nis, innouationis, voluntatis, & decretorum infringe-  
re, vel eiusu temerario contraire. Si quis autem hoc  
attentare præsumperit, indignationem omnipotētis  
Dei, ac Beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius, se-  
nouerit incursum. Datum Romæ apud sanctum  
Petrum, Anno incarnationis Domini Millesimo  
Quingentesimo Quinquagesimo, Decimo octavo K.  
Decembris. Pontificatus Nostri Anno Primo.

M. Card. Crescen.

Rom. Amaseus.

R. de Saint Marsal.

ANNO à nativitate Domini Millesimo Quingentesi-

mo, Quinquagesimo Primo, Indictione nona, die vero  
prima mensis Ianuarii, Pontificatus S. in Christo Pa-  
tris & D. N. Dni Iulii diuina prouidentia Papae III.  
Anno eius Primo. Retroscriptæ literæ alta & intelligi-  
bili voce, lectæ fuerunt in Basilica sancti Petri de urbe,  
dum ibidem de mane diuina celebrabant, & populi  
multitudo ad diuina audienda conuenerat, per me Io-  
annem Roillard, præfati Sanctissimi Dni nostri Papæ  
Cursore, & deinde affixæ in valuis ipsius Basilicæ p me  
eundem Ioannem, & Maturinum Menandi Curores,  
& affixas per aliquod temporis spatium stare permisi-  
mus, & deinde amouimus, copiam earundem cū ori-  
ginali auscultatam affixam dimitendo.

EIS DEM Anno, Indictione, & Pontificatu, ac die  
quibus supra: supradictæ literæ lectæ fuerunt alta & in-  
telligibili voce in Basilica Sancti Ioannis Lateraneñ.  
hora vesperoꝝ, dum ibidem populi multitudo ad di-  
uina audieñ. conuenerat, per me eundem Ioannem Roil-  
lard Curorem, & deinde valuis dictæ Basilicæ, affixæ  
p nos eundem Ioannem Roillard, & Maturinum Me-  
di prælibati Sanctissimi Dni Nři Papę Curores, & sic  
affixas per aliquod temporis spatium stare permisimus  
deinde amouimus, copiam cum originali auscultatam  
ibidem affigendo & dimitendo.

Ita est. Ioannes Roillard Curor subscripsi.

Ita est. Maturinus Menandi Curor subscripsi.

Ita est. Medardus Nicolai Curor subscripsi.

Adrianus de Cuppis Magister Curorum subscripsi.

Registrata apud Romulum Secretarium.

# IVLIVS PAPATII.

**A**D Futuram Rei memoriam. Superioribus diebus de venerabilium fratrum nostros. S. R. E. Card. consilio , ex causis tunc expressis , Apostolica auctori tate decreuimus , q̄ sacru ecumenicum vniversale Cō cilium, Tridentum vbi olim incepsum fuerat, reduci, & ibi adiuuante Domino terminari deberet, tempusq; ad illud resumendum & prosequendum, klf. Maii proximè futuri prefiximus, omnesq; & singulos quomodo libet in eo interesse debetes hortati fuimus & monui mus, vt dicto tempore Tridenti esse vellent: prout in nostris sub plumbo desuper expeditis literis plenius continetur. Ne autem propterea quod dicta literæ nondum publicatae fuerunt, aliqui ignorantia rei villo modo pretexere possint, sed omnes plenam illius notitiam habeant, dicta auctoritate per presentes ordinamus, q tam prædictæ, quam presentes literæ p aliquæ ex nostris Cursoribus in Basilicis sancti Petri de Urbe & sancti Ioannis Lateraneñ. dum inibí diuinæ celebrantur, publicè, ac alta & intelligibili voce legantur: & postq; lectæ fuerint, valuis ipsarum basilica rum affigantur: & inibí aliquid dimittantur, & relicta postea illarum copia, amoueantur. Decernentes publicationem sic faciendam, omnes & singulos ipsius Cōciliū celebrationi quomodolibet interesse debentes perinde arctare, ac si eis personaliter intimatæ fuissent. Quoq; ipsarum literarum transumptis, etiā impressis, manu alicuius Notarii subscriptis, ac sigillo

pēsonē in dignitate Ecclesiastica constitutae munitis,  
eadem prorsus fides adhibetur, quæ ipsis originali-  
bus adhiberetur. Ac hortantes & in Domino requi-  
rentes omnes & singulos venerabiles fratres nostros,  
Patriarchas, & Archiepiscopos, ad quos ipsarum lité-  
tarum exempla impressa transmitti curabimus, ut pro  
suo officio & debito, id eorum suffraganeis, & aliis mi-  
noribus Prælatis & abbatibus notiscent. Contrariis  
non ostantibus quibuscunq;. Datum Romæ apud  
sanctum Petrum sub Anulo Piscatoris, Dīe xxvii.  
Decēbris. M. D. L. I. Pótificatus Nři Anno Primo.

Gal. Aquinas.

Anno à Nativitate Domini Millesimo Quingentesi-  
mo Quinquagesimo primo, Indictio Nona, die uero  
prima Mensis Ianuarii, Pótificatus Sanctissimi in Chri-  
sto Patris & Domini nostri Dñi LVLI dñiua prouī-  
dentia Papæ. III. anno eius primo. Retroscriptæ li-  
teræ, alta & intelligibili voce, lectæ fuerunt in Basili-  
ca sancti Petri de Vrbe, dum ibidem de mane dñiua  
celebrabantur, & populi multitudo ad dñiua audiēn-  
tia conuenerat, per me Ioannē Roillard, præfati Sanctissi-  
mi domini nostri Papæ Cursorem, & deinde affixæ in  
valuis ipsis Basilicæ per me eundem Ioannem, & Ma-  
turinū Menandī, prælibati Dñi nostri Papæ Cursores  
& sic affixas per aliquod temporis spatium stare permī-  
simus, & deinde amouimus: Copiam earundem cum  
originali auscultatam dīstis valuis affigendo & dimit-  
tendo.

Eisdem Anno, Indictione, die, mense, & Pontificatu

quibus supra , eodem retroscriptæ literæ similiter lectæ  
fuerunt, & publicatae in Basilica sancti Ioannis Latera-  
nen. dum ibidem hora Vesperorum diuinæ celebribat  
tur , & populi multitudo ad diuinæ audienda conuene-  
rat , per me Ioannem Roillard prefati Sanctissimi Do-  
mini nostri Papæ Cursorum , & deinde affixa in valuis  
ihsius Basiliæ per me eundem Ioanné Roillard & Ma-  
turius Menandri , prælibati Domini nostri Papæ Cur-  
sores , & sic affixas per aliquod temporis spatium stare  
permisimus , & deinde amouimus : Copiam carundē  
cum originale auscultatam ibidem affigendo & dimit-  
tendo .

Ita est . Ioannes Roillard Cursor subscripti .

Ita est . Maturinus Menandri Cursor subscripti .

Ita est . Medardus Nicolai Cursor subscripti .

Adrianus de Cuppis Magister Cursorū subscripti .

Romæ apud Ant. Bladum Impressorem Cameralem.